

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Pvb. Virgilii Maronis Bvcolicorvm Eclogæ X, Georgicorvm  
Libri IIII, Æneidos Libri XII**

**Vergilius Maro, Publius**

**Genevæ, M.DC.XXXVI.**

A foca grammatico urbis Romæ, versibus edita.

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-548](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:468-1-548)

A FOCAV GRAMMAT/

PVB. VIRGILII MARONIS VITA, A  
Foca Grammatico vrbis Romæ, versibus edita.

P R A E F A T I O .



Vetus statis memoranda custos  
Regios adus similes & fugaces  
Temporum cu sis doctilis referre  
Aurea Clio:  
Tu nihil magnum sensis interire,  
Nil mori clarum pateriss reseruans  
Posteris prisci monumenta scelis  
Condit albris.  
Sola fucatus variare dictis  
Paginas nescis: sed aperta quicquid  
Veritas prodit, recinse per annum  
Simplice lingua.  
Tu senescentes titulos laborum  
Flore durantis reparas iuuentas  
Militat Virtus tibi, te notante  
Crimina pallent.  
Tu fori turbas, strepitusque litis  
Effugis dulci moderata cantu.  
Nec retardari pateris loquelas  
Compede metri.  
Hic fane dictis, retegenda vita est  
Vatis Hetrusci, modo qui perenne  
Romule vocis decus adrogauit  
Carmine sacro.

MÆONII Specimen vatis veneranda Maronem  
Mantua Romule generavit flumina lingue,  
Quis fecunda tuos tolerare et Grecia fastus?  
Quis tantum eloqui potuisse ferre tumorem,  
Æmula Virgilum tellus nisi Tusca dedisset?  
Huic genitor figulus Maro nomine, cultor agelli,  
Ut referunt aly, tenui morecede locatus.  
Sed plures figulum. Quis non miracula rerum.  
Hac stupeat: Diues partus de paupere vena  
Enituit: figuli suboles noua carmina finxit,  
Mater Polla fuit Magy non infima proles.  
Quem sacerum probitas fecit iam clara Maroni.  
Hec cum maturo premeretur pondere ventris,  
Ut solet in somnis animus ventura repingens.  
Anxius, & vigili presumere gaudia curas  
Phœbei memoris ramum fudisse putauit.  
O sopor indicium veri nil certius unquam  
Cornea porta tulit facta est interprete lauro

## VIRGILII VITA.

Certa parens, oneris que sui cognoverat artem.  
Consule Pompeio, vitalibus editus auris,  
Et Crasso, tetigit terram: quo tempore Chelas  
Iam mitis Phaeton post Virginis ora receptus.  
Infantem vagisse negant: nam fronte serena  
Confexit mundum, cui commoda tanta ferebat.  
Ipse puerperis adrisit letior orbis:  
Terra ministravit flores, & munere verno  
Herbida supposuit puero fulmenta virescens.  
Præterea, si vera fides (sed vera probatur),  
Lata cohors apium subito perruva, iacentis  
Labra fanis texit, dulces fasura loquelas.  
Hoc quondam in sacro tantum mirata Platone  
Indicium lingua memorat, famosa vetustas.  
Sed Natura parens properans extollere Romam,  
Et Latio dedit hoc, ne quid concederet uni.  
Insuper his, Genitor, nati dum fatigata requirit,  
Populeam sterili virgam mandauit arene:  
Tempore qua nutrita breui dum crescit, in omne  
Altior emicuit cunctis, quas auxerat atas.  
Hec propter placuit puerum committere Musis,  
Et monstrare viam victura in secula fama.  
Tum Ballista rudem lingua titubante receptum  
Instituit primum: quem nox armabat, in umbris  
Grassari solium. Crimen doctrina tegebat.  
Mox patesfacta viri pressa est audacia saxis.  
Incidit titulum iuuenis, quo pignora vatis  
Edidit, auspiciis sufficit pena Magistri.  
Monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus.  
Nocte die tutum carpe viator iter.  
Nos tamen hoc breuius, si fas simulare Maronem.  
Ballistam sua pena regit, via tuta per auras.  
Hic Ballista iacet: certo pede perge viator.  
Carcere montoso clausus Ballista tenetur,  
Secuti fraudis pergite nocte viri.  
Quid trepidas tandem gressu pauitante viator?  
Nocturnum furem saxeus imber habet.  
Ballistæ vitam rapuit lapis, ipse sepulchrum  
Intulit, umbra nocens pendula laxa tremit.  
Crimina latronis dignissima pena coerget.  
Duritiam mentis damnat ubique lapis.  
Hinc culicis tenui prælufit funera versu.  
Parvus culex, pecorum custos, tibi tale merenti  
Funeris officium vitæ pro munere reddit.  
Tum tibi Sironem, Maro, contulit ipsa magistrum.  
Roma potens, procerusque suos tibi iunxit amicos.  
Pollio, Mecenas, Varinus, Cornelius ardent.

Et sibi

## A FOCA GRAMMAT.

V 21

Et sibi quisque rapit per te victurus in eum.  
Musare refer, quæ causa fuit componere libros.  
Sumpserat Augustus rerum moderamina princeps,  
Iam necis vltor erat patriæ: iam cede priorum  
Perfusos acies legitur visura Philippos.  
Cassius hic Magni vindicta, & Brutus in armis  
Intereunt. vltor nondum contentus opimis  
Emeritas belli spoliis ditasse cohortes,  
Proscriptis miseræ florentia rura Cremonæ,  
Totaque milibus pretium concessa laborum  
Præda fuit. violenta manus bacchata per agros  
Non flatu, non tela Iouis, non fulmen annis,  
Non imbre raspidi, quantum manus impia vastat.  
Mantua tu coniuncta loco, sociata periclis,  
Non tamen ob meritum miseram vicinia fecit.  
Iam Maro pulsus erat, sed viribus obvius ibat  
Fretus amicorum clypeo: cum pane nefando  
Ense perit. quid dextra furis? quid viscera Roma  
Sacra lego mucrone peti? tua bella facebit  
Posteritas, ipsi sumque ducem, nisi Mantua dicat.  
Non tulit hanc rabiem doctissima turba potentum.  
Itur ad auctorem rerum. quid Martius horror  
Egerit, ostendunt: quid tunc miseranda tulisset.  
Cæsar is hic placido nutre repetuntur agelli.  
His auctus meritis cum digna rependere vellet,  
Inuenit carmen, quo munera vincere posset.  
Prædia dat Cæsar, quorum breuis usus habendi:  
Obtulit hic laudes, quas secula nulla filescant.  
Pastores cecinit primos, hoc carmine Consul  
Pollio laudatur ter se reuocanibus annis  
Composito post hac ruris præcepta colendi  
Quattuor exposuit libris, & commoda terra  
Edocuit geminis, anno miniu, omnia lustris.  
Inde coiburnato Tencrorum prælia versu  
Et Rutulum tonuit, bisenna volumina sacrum  
Formauit donata Duci, trieteride quarta.  
Sed loca, que vulgi memorauit tradita fama,  
Æquoris, & terra, statuit percurrere Vates,  
Certius ut libris oculo dictante notaret.  
Pergitur: ut Calabros tetigit, liuore nocenti  
Paycarum, vehemens luxauit corpora morbus.  
Hic ubi languores, & fatam in antia sensit.

\* \* \*

Cetera desiderantur in Manuscrip.